

Zeitschrift für Malakozoologie.

Herausgegeben

von

Karl Theodor Menke, M. D.

und

Dr. Louis Pfeiffer.

1848.

Fünfter Jahrgang.

Nr. 9.

Centuria altera Testaceorum novorum,

auctore R. A. Philippi.

(Contin.)

55. *Adeorbis scaber* Ph.

A. testa depressa, semiovata, alba, lineis elevatis spiralibus subserratis lineisque incrementi sublamellosis scabra; apice mamillari acuto; anfractu ultimo satis acute angulato. Long. $1\frac{3}{8}$ ''; lat. $1\frac{1}{6}$ ''; crass. $\frac{2}{8}$ ''.

Patria: Panama; in Avicula margaritifera a fratre allata inveni. Ab *A. subcarinata* (Natica? pusilla Ph.) sculptura toto coelo differt.

56. *Amphidesma deforme* Ph.

T. testa parva, ovata, obliqua, tumida, alba, postice brevissima, ad apicem fere rectangula, margine dorsali utroque fere rectilineo, antico posticum fere sesquies aequante; plica extremitatis posticae parum distincta; dentibus lateralibus nullis. Long. $4\frac{1}{2}$ ''; alt. 4''; crass. $3\frac{1}{3}$ ''.

Patria: Galveston.

Affine videtur *A. aequali* et *punctato* Say, quae pariter dentibus lateralibus carent, et potissimum *A. aequali*,

quod vero subobliquum („slightly oblique“) dicitur, cum testâ nostra maxime obliqua sit. Dens cardinalis valvae sinistrae bifidus. Sinus palliaris maximus.

57. *Anodonta cornea* Ph.

A. testa ovata, tumidiuscula, tenui, pallide cornea, antice angustata, subrostrata, postice abbreviata, oblique truncata; margine dorsali postico rectilineo; apicibus tumidis. Long. 13^{'''}; alt. 10^{'''}; crass. 6^{'''}.

A. cornea Ph.

Patria: Nicaragua; comm. cl. Largilliert.

A. atroviridi admodum affinis.

58. *Anodonta atrovirens* Ph.

A. testa ovata, tumidiuscula, atroviridi; antice rotundata, postice altiore, superius angulata, margine dorsali postico rectilineo; apicibus tumidis. Long. 14¹/₂^{'''}; alt. 11^{'''}; crass. 6^{'''}.

A. atrovirens Ph.

Patria: Nicaragua; comm. cl. Largilliert.

59. *Anodonta Nicaraguae* Ph.

A. testa ovato-oblonga, tumida, tenui, utrinque hiante, postice radiis obscurioribus picta; epidermide pallide olivacea; margine dorsali omnino rectilineo, utrinque angulo distincte terminato; extremitate postica paullo altiore, oblique subtruncata; margine ventrali aequaliter rotundato. Long. 30^{'''}; alt. 17^{'''}; crass. 4^{'''}.

A. Nicaraguae Ph.

Patria: Nicaragua, commun. cl. Largilliert.

60. *Anomia chinensis* Ph.

A. testa ovato-orbiculari, inaequilatera, posterius aliquantulum producta, praeter strias incrementi rangu-

losas laevi; albo margaritacea. Long. 28^{'''}; alt. 25^{'''}; crass. 3¹/₄^{'''}.

A. chinensis Ph.

Patria: China, communicavit cl. Largilliert.

61. *Arca Cecillii* Ph.

A. testa ovata, obliqua, subaequivalvi, alba, viridi maculata; inter costas squamosa; extremitatibus superne angulatis, antica brevissima rotundata, postica producta, oblique truncata, subrostrata; costis circa 28, depressis, interstitia aequantibus, in valva sinistra versus apices granulosis; area medioeri, utrinque aequali. Long. 19¹/₂^{'''}; alt. ab apicibus 15^{'''}, a cardine ad ventrem 14^{'''}; crass. 13^{'''}; distantia apicum 1²/₃^{'''}.

Patria: China, communicavit cl. Largilliert.

Forma sua accedit ad *A. obliquum* Reeve, quae costas 35—36, vel ad *A. obesam* quae 42—43 costas habet. Satis solida est, et parum aut vix inaequivalvis; margo ventralis valvae sinistrae enim vix aliquantulum prominet.

62. *Arca speciosa* Ph.

A testa elongata-ovata, gibbosissima; lateribus superne angulatis dein rotundatis, postico obliquo producto; margine ventrali vix arcuato dorsali fere parallelo; costis circa 24, angustis, anticis triquetris, carinatis, utrinque linea elevata longitudinali auctis, posticis planatis, omnibus versus apices granulato-décussatis; epidermide fusca, crassa, inter costas setosa; area latiuscula, modice concava, a ligamento tota occupata. Long. 45^{'''}, alt. ab apicibus ad ventrem 31^{'''}, a cardine ad ventrem 26^{'''}; crass. 33^{'''}; distantia apicum 7^{'''}.

Patria:

Magnitudine, forma oblongata, et, ut ex figura videtur, etiam structura costarum *A. secticostatae* Reeve sp. 38 simillima sed numero 24 costarum; qui in illa circa 40!

abunde differt. Praeterea extremitas antica magis rotundata, minus obliqua. Striae incrementi elevatae versus apices admodum regulares.

63. *Artemis Gruneri* Ph.

A. testa suborbiculari, postice *producta*, *subangulata*, modice convexa, alba; striis transversis confertis, ad aream magis elevatis, spinula terminatis, in extremitate antica numero valde decrescentibus, rugaeformibus; lunula cordata plana, *profundissime impressa*; margine dorsali postico *valde declivi*; area lineari-lanceolata, longissima, excavata laevi. Long. 21^{'''}; alt. 20¹/₂^{'''}; crass. 10^{'''}.

An *Veneris excisae* var. apud Chemn. VII. p. 18? an tab. 38. f. 401?

Patria ignota. Exstat in coll. cl. Gruneri. Forma valde obliqua, postice producta, antice brevissima, apices fere uncinati, margo dorsalis posticus praelongus, valde declivis, area longissima, ligamento fere duplo longior, excavata, lunula cordata, plana, profundissime expressa hanc speciem distinguunt. Sculptura eo insignis est, quod striarum transversarum quarta modo vel quinta aut sexta marginem extremitatis anticae attingit. Dens cardinalis anticus parvus. Impressiones musculares et palliatae solitae.

64. *Artemis anus* Ph.

A. testa subquadrato-orbiculari, longiore quam alta, compressa, e rufo albida; rugis elevatis *distantibus*, ad utramque extremitatem numero decrescentibus sed magis elevatis et lamellaribus; lunula cordata, profunde impressa; area angusta, lineari-lanceolata, laevi, excavata; dente cardinali antico *striato*; sinu palliari abbreviato, obtuso. Long 24¹/₂^{'''}; alt. 23^{'''}; crass. 9^{'''}.

Patria ignota. Exstat in coll. cl. Gruneri. Forma satis distincta. Margo cardinalis posticus parum de-

clivis, cum margine postico angulum distinctum format, extremitas antica ante lunulam valde prominet, unde forma ad quadratam aliquantum tendit. Rugae magis elevatae, magisque distantes quam in affinibus speciebus; modo altera vel tertia earum extremitatem attingit sed in formam lamellae elevatur. Cardo dente antico striato valde insignis est, et sinus palliaris linea horizontali modo ad dimidiam longitudinem testae productus, satis obtusus non minus peculiaris est.

65. *Astarte Pfeifferi* Ph.

A. testa ovata, obliqua, inaequilatera, alba, flava, aut radiis duobus ferrugineis picta, interdum rugis transversis distantibus sculpta; apicibus acutis; angulo cardinali recto; margine dorsali antico longiore rectilineo, postico brevior, aliquantulum arcuato; lunula elongato-lanceolata, plana; margine ventrali integerrimo. Long. $2\frac{1}{2}''$; alt. $2''$, crass. $1 - 1\frac{1}{4}''$.

A. Pfeifferi Ph.

Patria: Cuba, legit cl. Pfeiffer.

66. *Avicula Largillierti* Ph.

A. testa elongata, inaequivalvi, nigro-fusca, rostro magno elongato; cauda elongata, sinu profundo ab ala angusta, vix brevior distincta. Long. ab apice ad finem caudae $31''$; long. alae ab apice inde $31''$; long. rostri $9\frac{1}{2}''$; alt. a dorso ad alam $20''$.

A. Largillierti Ph.

Patria: Insula Basilan; comm. cl. Largilliert.

67. *Buccinum janeirensis* Ph.

B. testa fusiformi, solida, transversim obsolete lirata, spadicea, strigis longitudinalibus albidis variegata, fasciaque angusta albo et fusco articulata in medio anfractus ultimi cineta; anfractibus planiusculis vix distincte sub

sutura concavis; apertura coarctata, oblonga; labro margine subintegro; liris faucium ante limbum labri terminatis; callo transverso in labio ad angulum superiorem aperturae, nodulis inferne ubi in canalem brevem transit. Altit. 17^{'''}; diam. 9^{'''}.

Patria: Brasilia; ad Rio Janeiro legit cl. Kröyer.

Testa simillima *B. viverrato* Kien., attamen facile distinguenda. Anfractus enim infra suturam longe minus concavi sunt; lirae transversae obsoletae parum distinctae; supremae duae ad suturam paullo magis eminent; color diversus, nullum striarum nigrarum transversarum interruptarum vestigium; forma et character aperturae idem quidem, sed labrum crassum, margine fere integrum, liris transversis intus orbium longe diversum, et labium quoque diversum, in medio scilicet laeve.

68. *Buccinum aethiops* Ph.

B. testa gracili, fusiformi, transversim striata, nigra; linea albo nigroque articulata medium anfractus ultimi percurrente; anfractibus parum convexis, ad suturam submarginatis, supremis longitudinaliter sulcatis, subcancelatis; apertura ovato-oblonga, canali lato, longiusculo terminata; labro satis tenui, intus transversim et conferte lirato; labio laevi; callo ad angulum superiorem aperturae vix conspicuo. Alt. 11¹/₂^{'''}; diam. 5³/₄^{'''}.

B. aethiops Ph.

Patria ...

Affinis *B. viverrato*, *maculoso* Lamk. etc. Anfractus circa 8; ultimus reliquos aequans: striae transversae confertae satis argutae duae supremae ad suturam magis prominentes, infra eas depressio parum conspicua. In anfractibus quinque superioribus plicae longitudinales confertae striae transversas decussant. Apertura tenuitate labri et laevore labii insignis est; canalis reliquam aperturae fere aequat. Fauces et columella albae.

69. *Buccinum livescens* Ph.

B. testa turrato-conica, plicato-decussata, varia, plerumque livida et zona alba cincta; anfractibus planiusculis ad suturam prominulis margine crassiusculo crenulato; plicis longitudinalibus confertis, circa 22; sulcis transversis circa 4—5 in anfr. superioribus, 10—12 in ultimo; labro intus crenulato, extus varice aucto; labio parum extenso, crenulato, margine externo ad initium canalium in dentem acutum producto. Alt. 10^{'''}; diam. 5^{'''}.

B. livescens Ph.

Patria: Manila etc., comm. cl. Largilliert.

Species simillima *B. marginulato* Lamk, sed, accuratius inspecta, differt: 1) testa graciliore, magis turrata; 2) lineis transversis impressis etiam in anfr. ultimo simplicibus nec geminatis; 3) labio longe minus explicato, in ambitu exteriori faucium rugoso, contra in parte profundiore plicis destituito; 4) denticulo ad basin labii. — Color plerumque cinereus; noduli suturales et fascia interlineam impressam tertiam et quartam albi, in dorso saepe macula obscurior, imo rufa [ad instar *B. pauperati*]; fauces plerumque rufae fascia alba translucente.

70. *Buccinum Sturmii* Ph.

B. testa turrato-conica; longitudinaliter plicata, transversim lirata, nodulifera, flavida, fascia caerulescente lirisque nonnullis spadiceis picta; anfractibus *planis*, superioribus liris tribus aequidistantibus, ultimo 8—9 sculptis; apertura ovata; labro extus varice aucto, intus denticulis 6, supremo ad angulum aperturae, sculpto; labio satis dilatato, inferius nodulifero, plica perpendiculari ad angulum superiorem aperturae munito; fasciis tribus spadiceis in faucibus. Alt. 8^{'''}, diam. 5^{'''} plerumque paullo minor.

B. Sturmii Ph.

Patria: Mare Antillarum ad Novam Aureliam etc.

Anfractus 8, superiores plani, ultimus antecedentes simul sumtos subsuperans. Plicae circa 10, obliquae, in anfractu ultimo flexuosae interstitiis fere duplo angustiores. Lira suprema suturae propinqua, sicut tertia suturae inferiori. Lira secunda fere in omnibus speciminibus, ubi plicas secat ferruginea, interdum lirae fere omnes in anfractu ultimo. Fasciae tres transversae praesertim in faucibus conspicuae sunt. Labium interdum altius quam insertio labri productum in angulo supremo aperturae plicam elevatam perpendicularem habet, inferius nodulos quorum infinus angulum prominentem, aperturae a canali dividendam, format. Denticulorum in labro secundus maximus esse solet, primus in angulo superiore aperturae situs est.

Accepi a cl. Sturmio filio, deinde a cl. Largilliert.

71. *Buccinum noduliferum* Ph.

B. testa subturrita, longitudinaliter plicata, transversim lirata, nodulifera, flavida, anfractibus *convexis*, superius linea transversa spadicea, inferius fascia caerulescente pictis; liris transversis obtusis in anfr. supp. duabus, in ultimo circa 8; apertura ovata; labro extus varice aucto, intus lineis elevatis transversis 4 sculpto; labio parum dilatato, lineis elevatis obliquis 4 aspera; faucibus luteis, fasciis tribus spadiceis. Alt. $8\frac{1}{4}'''$; diam. $4\frac{1}{2}'''$.

B. noduliferum Ph.

Patria: China borealis. Largilliert.

Anfractus 8, rotundati, ultimus antecedentibus simul sumtis paullo brevior. Plicae longitudinales, rectae, 9--10, interstitiis dimidio angustiores, superne ad suturam evanescentes, in anfractu ultimo usque ad basin productae. Lirae transversae obtusae, ubi plicas secant, nodulos formantes, duae in anfractibus superioribus, quatuor in penultimo, secunda a tertia magis distans, prima et quarta minor *). — In aperturae angulo supremo plica seu

*) Dens supremus faucium lirae tertiae respondet.

linea elevata solita sed obliqua in labio cernitur, quod parum productum, ultra labrum haud prominet. Color flavidus; pars infima anfractuum a lira secunda, vel tertia (penultimi et ultimi) inde caerulescens; lira prima anfractuum superiorum (quae secunda ultimorum) ferruginea.

Differt a sequente *B. antillarum* testa magis elongata, spira longiore, anfractibus convexis, numero et dispositione lirarum, labio minore, lineisque elevatis labrorum. — Vidi in coll. cl. Largilliert.

72. *Buccinum luridum* Ph.

B. testa subfusiformi, albida, lineis transversis rufis obsoletis picta, plerumque detrita fusca; anfractibus superioribus medio, anfr. ultimo superius angulato, in angulo plicatis, supra angulum concavis, caeterum laevibus; labro simplice superius late et profunde sinuato intus albido, faucibus fuscis; labio calloso, rufo-carneo, laevisimo. Alt. 11^{'''}; diam. 7½^{'''}.

B. luridum Ph.

Patria: Nova Zeelandia. Exstat in coll. cl. Largilliert.

Anfractus ultimus reliquos aequat. Plicae circa 12 neque suturam superius, neque basin anfractus ultimi attingentes. Differt a *B. patagonico* plicis, labro longe profundius sinuato, labio calloso; a *B. obscuro* Reeve Conch. icon. f. 68 plicis et defectu lirarum transversarum nec non labio; a *B. lacteo* Reeve f. 117 plicis, faucibus laevibus.

73. *Buccinum Bronnii* Ph.

B. testa ovato-acuta, albida, laevi; anfractibus convexiusculis, ad suturam subangulatis et obsolete plicatodosis, ultimo ventricoso, basi obsolete striato; labro extus subvaricoso, in margine acuto denticulato, intus lineis transversis elevatis creberrimis sculpto; labio *maximo* usque ad suturam extenso, in angulo superiore aperturae callo magno transverso, inferne nodulis, basi dente acuto porrecto munito. Long. 14^{'''}; diam. 9^{'''}.

B. Bronnii Ph.

Patria: Java.

Forma et sculptura exactissime ut in *B. mutabili*, praeter nodos parum prominentes, subobsoletos superne ad suturam. Plicae s. potius sulci impressi longitudinales modo ante varicem parum distinctum conspicuae, striae transversae in anfractibus supremis et in basi paucae, obsoletae. Color carneo albus, maculae rufescentes ad suturam inter nodos. Apertura characteribus labri, sinu canaliformi in angulo supremo aperturae, labro denticulato, rectilineo longe diversa. — Labro et sinu isto aperturae cum *B. coronato* convenit, quocum nostrum confusum habui, sed striis in parte interna labri longe pluribus, labio maxime expanso, basi in dentem longe prominentem terminato praeter testam laevem et colorem, characteres forte variabiles, satis superque differt.

74. *Buccinum magellanicum* Ph.

B. testa subfusiformi laevissima, sub strato tenui albo plerumque detrito atrofusca; anfractibus parum convexis; apertura ovato-oblonga; labro fere rectilineo simplice; faucibus laevissimis; labio tenui, parum conspicuo; columella recta. Alt. 9^{'''}; diam. 5^{'''}.

B. magellanicum Ph.

Patria: Stratum magellanicum; misit frater.

Testa anfractibus sex constat et apicem obtusum habet. Stratum extimum testae ut in *Bullia (Buccino) paytensi*, *Natica atroviolacea*, album plerumque detritum et deinde testa, ut in illis atro-fusca, fere nigra. Hoc colore, anfractibus minus rotundatis, basi minus caudata et labro superne adhuc minus sinuato a *B. patagonico* differt.

75. *Buccinum conspersum* Ph.

B. testa oblongo-conica, laevi, alba maculis punctisque rufo-spadicæis varia; anfractibus planiusculis, ultimo

satis rotundato; apertura ovata, superius acute angulata; labro extus incrassato, intus crenulato; labio calloso, haud expanso, basi nodulis binis terminato. Alt. $5\frac{1}{2}$ ''; diam. $3\frac{1}{3}$ ''.

- *B. conspersum* Ph.

Patria: Insulae Canariae, communicavit cl. Largil-
liert.

Simillimum *B. Pfeifferi* Ph. sed longe magis gracile, anfractus minus convexi, pictura eo diversa, quod lineolarum transversarum nullum vestigium; denticuli in labro minus distincti, contra tubercula in basi columellae, quae in *B. Pfeifferi* desiderantur.

76. *Buccinum Antillarum* Ph.

B. testa turrito-conica; anfractibus ad suturam marginatis, infra marginem concavis, deinde convexis et in longum plicatis, transversimque liratis; liris in anfractibus superioribus duabus, in penultimo 3—4, in ultimo 9, ubi plicas secant, nodulosis; labro extus varice aucto, intus denticulis 8 munito; labio mediocriter expanso, rugoso; angulo supremo aperturae in canalis speciem producto. Alt. 8'', diam. 5''; plerumque minor.

Patria: Cuba, attulit frater.

Anfractus 8, ultimus reliquos aequans. Plicae longitudinales circa 13, rectae per partem concavam ad summum anfractum evanescent, seu in modum lineae elevatae antrorsum diductae continuantur. Anfractus ultimus interdum lineas transversas elevatas nonnullas in parte concava anfractum infra suturam habet. — Specimina 5, quae ante oculos habeo, colorem perdidisse videntur, al-bida fere calcarea sunt, lirasque transversas rufo-ferrugi-neas ostendunt.

77. *Buccinum amoenum* Ph.

B. testa gracili, subfusiformi, longitudinaliter plicata, transversim cingulata, nodulosa, alba, fusco-zonata, nodulis in zona fusca albis; apertura oblongo-ovata, in canalem manifestum terminata; labio utroque noduloso. Alt. $7\frac{1}{3}''$; diam. $3\frac{1}{3}''$.

B. amoenum Ph.

Patria . . .

Species affinis *Buccino d'Orbigny*. Anfractus 9—10, modice convexi, ultimus spira brevior, sensim in caudam brevem, aliquantulum recurvam attenuatus. Plicae longitudinales circa 10—12; lirae transversae 5—6, supremae 2—3 minores, omnes ubi plicas secant in nodulos elevatae; striae elevatae transversae in interstitiis plus minus distincte conspiciuntur. Lira infima alba, penultimam et antepenultimam zona fusca obtinet, in qua tamen noduli ipsi albi remanent, pars suprema anfractuum iterum alba. In anfractu ultimo basis fusca nodulis albidis ornata cingulo albo liras duas obtinente a zona fusca jam in anfractibus superioribus conspicua dividitur.

Noduli 8 in labro, circa undecim minores in labio.

Vidi in coll. dom. Reents, Hamburgensis.

78. *Buccinum laetum* Ph.

B. testa oblongo-conoidea, obsolete plicata, ad suturam nodulosa, striis transversis in basi exarata, rufofusca, ad suturas alba, nodulis suturalibus fuscis; anfractibus parum convexis, ultimo rotundato, spiram aequante; apertura ovata, lactea; labro intus noduloso; labio distincto, ad basin plica obliqua munito. Alt. $5''$; diam. $3''$.

B. laetum Ph.

Patria . . .

Anfractus 6—7, parum convexi, lineis impressis transversis 5—6 praeter supremam obsolete exarati, longitudinaliter obsolete plicati, nitidi. In anfractu ultimo

lineae impressae 12, in basi valde distinctae. Color rufo fuscus, ad suturam albus, in anfractibus superioribus ibi maculis magnis albis stellatus; plicae ad suturam nodulos formantes ibi rufo-fuscae testam valde ornant. Apertura fere exacte ut in *B. mutabili* L., labium distinctum, minus extensum.

Vidi in collectione dom. Reents, Hamburgensis.

79. *Bulla panamensis* Ph.

B. testa oblongo-ovata, solida, albida, fusco marmorata, striis transversis *destituta*; vertice umbilicato, spiraliter striato; apertura inferius dilatata, superius angustata; labro medio rectilineo. Alt. 11^{'''}; lat. 8^{'''}.

B. panamensis Ph.

Patria: Panama, legit frater E. B. Philippi.

A *B. media* et *striata* defectu omnium striarum distinguitur.

80. *Bullaea exarata* Ph.

B. testa lineis transversis impressis simplicibus exarata; angulo supremo aperturae producto, basi ejus rotundata. Alt. 8^{'''}; lat. 6^{'''}; crass. 4^{'''}, (et duplo major).

B. exarata Ph.

Patria: China borealis, comm. cl. Largilliert.

81. *Cardita teretiuscula* Ph.

C. testa minuta, oblonga, tumida, strigis paucis purpureo-fuscis picta; margine ventrali dorsalique postico rectis parallelis; costis 19; anticis 3—4 rotundatis, crenatis; sequentibus planis, laeviusculis, parum conspicuis; posticis elevatis dorso squamosis; lunula distincta, profunda, cordata. Long. 7^{'''}; alt. fere 3^{'''}; crass. 3^{'''}.

Patria ... Communicavit cl. Largilliert.

Inter omnes species elongatas forma tumida insignis. Apices ad $\frac{1}{6}$ longitudinis siti; margo dorsalis posticus $\frac{2}{5}$ totius longitudinis linea recta aequat, deinde declivis fit

et in extremitatem posticam rotundatam transit. Extremitas antica rotundata sed multo angustior. Margo ventralis fere omnino rectilineus vix ante extremitatem posticam subsinuatus. Interstitia costarum anteriorum angusta, linearia, posticarum lata, costas superantia.

82. *Cardium modestum* Ph.

C. testa ovata, vix obliqua, radiatim costata, flava, punctis rubris raris adspersa, praesertim versus umbones, intus alba; costis 36, anticis in interstitiis crenulatis, medianis laevibus, postremis duabus graniferis. Alt. $11\frac{1}{2}$ ''; long. 10''; crass. 7''.

C. modestum Ph.

Patria: China. Exstat in coll. cl. Largilliert.

Costae rotundatae, contiguae, sulco scilicet acutangulo divisae; in interstitiis anticarum lineae elevatae incrementi latera costarum crenulata reddunt. — Ex omnibus speciebus a Reeveo figuratis *C. nebulosum* sp. 99 incertae Patriae maxime cum *C. modesto* convenit, sed costis 42 — 43 et pagina interna roseo et purpureoq picta satis differre videtur.

83. *Cerithium carbonarium* Ph.

C. testa abbreviato-turrita, transversim striata et nodifera, nigricante; nodis in anfractibus superioribus biserialibus aterrimis, interstitiis albis concatenatis; sutura demum adscendente; apertura patula, suborbiculari, in canalem brevissimum obliquum terminata, labro intus sulcato. Alt. 16''; diam. 8''.

Patria: China.

Anfractus ultra 7, (apex deest) parum convexi, striis transversis confertis, tenuibus, sed argutis exarati et serie duplici nodorum satis prominentium armati; series inferior parum supra suturam jacet, et interdum nodos mi-

nones, minus prominentes habet. Anfractus ultimus series nodorum quinque ostendit. Sutura ejus versus aperturam multum adscendit, interdum fere usque ad superiorem nodorem seriem. Apertura subcircularis, patula, exacte ut in *C. ocellato*, sed basis columellae peculiariter lata et compressa, et labrum margine acutum et sulcatum, sulcis tuberculorum seriebus respondentibus. In fundo albido striae transversae nigrae, tubercula aterrima, interdum interstitia eorum lactea sunt; interdum testa fere tota nigra apparet. — Duplex nodorum series hanc speciem ab affinis statim distinguit, ut alios characteres taceam.

Vidi in coll. cl. Largilliert.

84. *Cerithium filosum* Ph.

C. testa turrata, laevi, coerulescente, lineis transversis fuscis, plus minusve albo interruptis picta; anfractibus convexis, sulcis transversis septem aequidistantibus exaratis; apertura ovato-orbiculari, in canalem brevissimum sed distinctum terminata; labro intus sulcato; labio superne in angulo aperturae callo munito. Alt. $9\frac{2}{3}$ ''; diam. $4\frac{1}{2}$ ''.

Patria: California.

Habitus propter defectum costarum, granulorum, varicum etc. valde alienus. Anfractus ultra 7 (apex deest), aequaliter convexi, sulcis impressis septem aequidistantibus exarati, (in anfractu ultimo sulci 14), caeterum laevissimi. Color in dorso et in ventre paullo diversus; fundus coerulescens in ventre praedominat, interstitia sulcorum lineolis s. maculis parvis fuscis adspersa sunt, secundum vero album maculis magnis nigro-fuscis regulariter distantibus articulatum est. In dorso contra interstitia sulcorum plerumque nigra, ita hinc inde interrupta, ut flammulae longitudinales caerulescentes appareant. Sutura versus labrum demum adscendit; labrum semicirculum describit; canalis brevis, obliquus non ita profunde descendit quam labrum; labium distinctum callosum; cal-

lus in angulo superiore aperturæ valde distinctus. Aper-
tura alba, translucente colore paginae externae.

Vidi in collect. cl. Largilliert.

85. *Cytherea nucula* Ph.

C. testa cordato-ovata, transversim striata, striis an-
tice argutis, medio obsolete, alba; extremitate utraque
acutiusculâ; margine dorsali antico rectilineo, postico ar-
cuato anticum bis æquante; lunula cordata, parum distincta;
area nulla; ligamento extus vix conspicuo; dentibus in
valva dextra quatuor, geminatis, præter anticum, internum
ad foveam, in valva sinistra tribus, antico remoto; sinu
palliari acutangulo mediam testam haud attingende. Long.
 $7\frac{2}{3}'''$; alt. $6\frac{1}{2}'''$; crass. $4\frac{1}{2}'''$.

C. nucula Ph.

Ad littora Peruviae vel Chili legit cl. Kröyer, mecum-
que communicavit.

86. *Dentalium texasianum* Ph.

Dent. testa parum arcuata, lente in diametrum cre-
scente, alba, sexangulari; interstitiis costarum planis, apice
nudis, basin versus striis una duabus vel tribus elevatis
exaratis. Long. $10'''$; diam. apicis $\frac{2}{8}'''$; bascos vix $1'''$.

Patria: Galveston, legit cl. F. Roemer.

A reliquis speciebus sexangulis magnitudine, ratione
incrementi in crassitiem et interstitiis costarum etiam
versus aperturam *planis*, ibique modo striis tenuibus
sculptis facillime distinguitur.

(Continuabitur.)

Ausgegeben im März 1849.